

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Vita humana presens I  
cum fonte primo

Nichil fugacius seculo rebusque  
seculi quas dum tenemus amittimus; et  
per infanciam, puericiam, iuuentutem, ac  
uirilem et ingrauescentem ad maturam  
etatem, annosque ultimos  
senectutis, utique septem spacia Philo  
uitam describit humanam, mutamur et  
currimus et nescientes ad mortis  
terminos peruenimus.

Ieronymus libro III. super Amos.

Nihil enim fugacius saeculo rebusque  
saeculi. Quas dum tenemus amittimus, et  
per infantiam, pueritiam, iuuentutem ac  
uirilem et ingrauescentem ad maturam  
aetatem, annosque ultimos  
senectutis, in quae septem spatia Philo  
uitam describit humanam, mutamur, et  
currimus, et nescientes ad mortis  
terminos peruenimus.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii  
in prophetas minores, In Amos, 3, 6*  
(CCSL 76, M. Adriaen ed., p.304,  
ll.179-184).